

**Fordítsa le az alábbi szöveget magyarra szótár segítségével! (50 pont)**

Cicero kötelességének tartja, hogy szónoki tehetségével egykori mesterét segítse

Si quid est in me ingeni, iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse, earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam, quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quodsi haec vox huius hortatu praeceptisque conformata non nullis aliquando saluti fuit, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus.

**Fordítsa le az alábbi mondatokat latinra szótár segítségével! (50 pont)**

1. A spártaiak, amikor Philipposz azzal fenyegetőzött, hogy mindent meg fog akadályozni, amire törekszenek, megkérdezték, hogy azt, hogy meghaljon, ugye nem fogja megakadályozni.
2. Caesar oly nagy veszteségeket szenvedett, hogy úgy tűnt, hogy a hajó még nagy munkával sem hozható helyre.
3. A tavasz elején Görögországba szándékozott indítani hadsereget.
4. Fabricius nem ment át Pürrhoszhoz, noha az a királyság negyed részét ígérte neki.